Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0001-8

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0002-4

# GRETSERUS CALUMNIATOR ET NUGIVENDULUS,

*id eſt:*

# ORATIO APOLOGETICA

*PRO*

## *LUTHERO*

Oppoſita LUTHERO ACADEMICO Jacobi Gretſeri Jeſuitæ, quo ſcripto στηλιτευτικῶ demonſtrare conatus:

*Lutherum non tantùm Academias & Scholas Papiſticas: ſed univerſim omnes, omnesq; liberales diſciplinas, &c. rejeciſſe, damnâſſe, &c.*

AUTORE

JOHANNE FÖRSTERO S.S. Theol. D. & Profeſſore Ordinario in Academia Witebergenſi.

WITEBERGÆ

*Imprimebat Andreas Rüdinger, Impenſis Clementis Bergeri, Anno 1611.*

14
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0003-9

NOBILISSIMO
MAGNIFICO & EMINENTISSIMO
VIRO
*DOMINO*

# CASPARO von Schönberg / in Pülſnitz & Gürick / &c.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO ELECTORI
SAXONIÆ
# JOHANNI GEORGIO,
ab intimis ſecretiſsimisque conſilijs:
&
JUDICII APPELLATIONUM, QUOD EST
IN ELECTORALI AULA SAX.
DRESDENSI;
PRÆSIDI CONSULTISSIMO:
*Alijsq; plurimis honorum & dignitatis titulis ſplendidiſsimè meritiſsimèque inſignito,*

DOMINO & PATRONO SUO
reverenter & officioſè honorando:

NON PRO

# MORIS INDICIO

SED

# AMORIS DOCUMENTO,

# GRATI ANIMI SYMBOLO,

# DEBITÆ GRATITUDINIS ET OBSERVANTIÆ MONUMENTO

*Hoc quodcunq; eſt*,

Unà cum ſequenti VOTO, eâ, qua par eſt, devotione, nuncupat & offert:

Qui ſub CHRISTIANO fuit ELECTORE: deinceps
Idem, ſub JANO nunc-ELECTORE GEORGO,
Dux Rectorq; tuus ſit SPIRITUS Ipſe IEHOVAH,
SCHÖNBERGI, Enſigeræ Neſtor venerabilis AULAE.
Sic etiam ulteriùs tua gloria creſcet, & unà
Creſcent Hermonis pariter ſanctiq; Sionis
Germina; quîs gratam, RUTAE ſub floribus, umbram
Aſpiras, arcens Aten & peſtilem Erinnyn.

*Ioh. Förſterus S. S. Th. D.*
*& in Academia VVitebergenſi*
*Profeſſor Publicus.*

Ad Lectorem φιλολούθηρον

NE, quod vulgò dicitur, ἀπὸ τῆς θύρας ἁμαρτάνης, Amice lector, de inſcriptione Orationis hujus Apologeticæ paucula præfari placet. Ieſuita Scripto illi ſuo titulum fecit: LVTHERVS ACADEMICVS; quem à fratello ſuo pellepido Conrado Vettero mutuatus. Uterque autem Lutherum nihil minùs, quàm Academicū, id eſt, cultorem & Propagatorem Academiarum extitiſſe, probare nituntur.

Ego verò Orationem hanc meam Luthero Gretſeri Academico oppoſitam inſcripſi: GRETSERVS CALVMNIATOR & NVGIVENDVLVS. Utrumque enim perſpicuè inibi probatum dedi: id eſt, quòd PARTIM nihil quàm virulentas in Lutherum CALVMNIAS evomat; PARTIM autem meras nugas easque

gravi-

gravitate Ieſuitica planè indignas vendat.

Atque hoc eſt, quod te præmonendum cenſui.

Quod reliquum, vale, & mecum præpotentem & immortalem DEUM precari perge, ut Academijs Lutheranis amplius benedicat: Ieſuitarum autem molitionibus tam fraudulentis, quàm violentis, ut hactenus: ita deinceps etiam fortiſſimè reſiſtat.

# RECTOR ET CONSILIUM ACADEMIÆ VVITTEBERGENSIS PUBLICUM.

ILLe dies appetit, &, ſi Deus noſter voluerit, CRAS orietur, qui Eccleſiæ verè-Chriſtianæ multis jam annis lamentabilis accidit: nempe decimus-octavus Februarii. Hoc enim die, qui & *Concordiæ* nomine in Faſtis Eccleſiaſt. vulgò inſignitur, *à capitibus noſtris* (ut Propheta loquitur) *ſublatus eſt* Germaniæ Propheta & μέγας πατρίδος ἀστήρ, MARTINUS LUTHERUS ille ultimi millenarii in Eccleſia Doctor & quaſi regnator. Et quamquam merita viri talia & tanta ſunt, ut nomen & memoria ipſius quotidie in animis piorum vigeat, aures circumſonet, & ſermonibus celebretur: tamē ab exitu ejus hæc dies, quam emortualem & extremam inter mortales habuit, præ cæteris

apud

apud nos inſignis, & argumento aliquo Orationis ferè celebris fuit. Hoc exemplum gratæ poſteritatis & germanæ pietatis diſcipulorũ æmulatus Reverendus & Clariſs. vir; IOHANNES FÔRSTERUS, Theologiæ Doctor & Profeſſor, hunc diem Oratione ad ſcholaſticã juventutem itidem celebrare conſtituit. Cui argumentum faciet λοιδορία & calumnia Iacobi Gretſeri, in latrocinio Ieſuitico hodie triarius aut primipilus. Quæ illa? LUTHERUM *non tantùm Academias & ſcholas papiſticas, ſed univerſim* (ita loquitur) *omnes, OMNESQVE liberales diſciplinas rejeciſſe, totamq́ Germaniam & finitimas provincias FRATRIBVS IGNORANTIÆ repleturum*. Hoc ergo argumentum erit craſtinæ Orationis: & docebitur, quid veri: aut potiùs, quòd NIHIL veri Ieſuiticum iſtud habeat. Mirum profectò eſt, genus iſtud hominum, ſi homines ſunt Ieſuitæ, frontem ita perfricuiſſe, itaque omnem pudoris ſenſum exſuiſſe: ut tam immane tam impudens & monſtroſum mendacium vel domi & ſine arbitro cogitare, nedum in conſpectum ſolis & hominum proferre auſi fuerint. Sed quid flemus, aut ridemus? *Qui ſemel verecundiæ fines tranſivit, illum oportet GNAVITER eſſe impudentem.* Qui ſemel in

præ-

præceps datus eſt, ille arbitriũ ſui amiſit, quod ſectæ iſti factum. Vetus verbum eſt. *Sabini quod volunt ſomniant.* Nugæ meræ & mera ſomnia ſunt, ſi cum noſtris dormitatoribꝰ vel (ut propriè in re tali loquamur) incubantibꝰ conferantur. IESVITAE, I*eſuitæ ſomniant quod volunt.* Auctores ſunt, qui negant apud Atlanteos ſomnia videri, ſed non eſt dubium, ſi Ieſuita eò veniret, & vel horam libro alicui Lutheri indormiret, vel ſaltem incumberet, omnem fidem iſtorum auctorum illicò contundi. Sed ut diximus, & quod ſeriò nunc etiam monemus, cras ad horam NONAM in Auditorio majori FÔRSTERUM noſtrum audituri convenite. Is durum & impudens os Ieſuitæ ceſto veritatis ita contundet, ut pugilis videatur; non Ieſuitæ. P. DOMINICA REMINISCERE, anno Chriſtiano M. DC. XI.

COmmunis illius boni, Magnifice Domine Rector & vos Generoſi & Illuſtres Domini Barones, vosq; Patres Academici, Viri omniū ordinū honoratiſſimi, lectiſſimi, tuq; nobiliſſima & literarum ſtudijs deditiſſima Iuventus, communis inquam illius boni, quo Academiæ huic inclitæ, & Eccleſiæ CHRISTI univerſæ in hiſce terris annos aliquàmmultos uti-frui licuit, non merito quidem aliquo: ſed, ſingulari divini Numinis beneficio & munere, finē hodiernus dies attulit; idemq; initium & materiā longè uberrimam, conſueto Chriſtianis more, lugendi. Ecquis enim eſt tam inacceſſus & remotus in Orbe terrarum angulus, quó non jam pridem fama Megalandri illius Lutheri celeberrima penetraverit? quis adeó hoſpes & peregrinus in hiſtoriarum monumentis, qui neſciat: eundem hoc ipſo die, (qui eſt XVIII Februarij,) huic Academiæ & Eccleſiæ in terris militanti valedixiſſe, iſthinc in cœleſtem illam Academiam & Eccleſiam triumphantem morte placidiſſimâ ſomnoq; ſuavi ſimilima translatum?

Meritò igitur oculi omnium lacrimis madent, meritò apud nos ſingultus, meritò ejulatus audiuntur, meritò ingemiſcimus, & voce querula ac lamentabili exclamamus ex *Threnis* Ieremiæ c. v. *Cecidit Corona capitis noſtri: Væ nobis, quia peccavimus.*

Tu quidem mi Luthere, mi Pater, mi Præceptor

verè felix, imo ter & quater beatus! Tranſijſti enim (cum Bernhardo loquimur) ad labore ad requiem, à ſervitute ad libertatem, à dolore ad gloriam: nos verò adhuc inter nominis ac doctrinæ tuæ hoſtes juratiſsimos verſamur, eorum convicia ac maledicta, quibus cineres tuos ſanctiſsimos conſpurcare geſtiunt, his oculis legere, his auribus noſtris audire (proh dolor!) cogimur. Tacitus prætereo calūniā illā nobilē ac famoſam, de morte tua verè pia, vereq; beata, qua, in hac plusquam meridianâ Veritatis luce, Bellarminus quoque Ieſuita non Ieſuita, id eſt, Cardinalis Romanus, calculo comprobare ſuo non erubuit: quaſi benè potus, meroq; nimio obrutus animam infelici fato efflaveris.

lib IV. de notis Eccl. c. 17.

Coſterus furoris & impietatis œſtro eò abripitur, ut obitum vel abitum potiùs tuum ex hoc mortali ævo quem feliciſsimum extitiſſe univerſus Orbis Chriſtianus tam exactè novit, quàm quod exactiſsimè, non dubitet, cum funeſto interitu Simonis Magi, Manetis, Montani, Neſtorij, Arij comparare.

In Præfat. Enchiridij.

Taceo & alia mendacia, dicteria, ſannas, criminationes, ludibria; lœdorias, ſcōmata quibus hodieq; nomen tuum, quod Romanenſibus ſudes in oculis, ſuis hominibus exoſum reddere certatim ſatagunt; quandoquidem doctrinam abs te verè ac ſincerè traditam, tantoq; Spiritus fervore propugnatam ex immotis quibus innititur fundamentis evertere nequeant; non abſimiles ſuis Anteceſſoribus Phariſæis ac Scribis, qui, cum fundamenta, quibus doctrina CHRISTI ſuperſtructa, convellere & labefactare

non

non valerent, ad convicia convertebantur & tandem Ioh. 8.
etiam ad lapides. Sed de his alio loco, alio tempore.

Hac vice agendum nobis cum Iacobo Gretſero,
ejuſdē factionis Hiſpanicæ à IESV καὶ ἀντίφρασιν deno-
minari ceptæ ſocio. Is, annno proximè elapſo, in lu-
cem emiſit ſcriptum ejuſdem fecis & farinæ, id èſt
στηλιτευτικὸν, è continuo nempe mendaciorum & ca-
lumniarum in pios Lutheri manes ac cineres filo ſti-
loq; conſarcinatum. *Titulus eſt. Lutherus Academicus
Scopus*: Lutherum non tantùm Academias & Scholas
Papiſticas: ſed univerſim omnes omnesq; liberales
diſciplinas in ſolidum damnaſſe, rejeciſſe.

Dictio & tractationis ratio verè Cynica & falſis
amarulentisq; ironijs ac ſcomatis plusquam ſcurri-
libus undiquaque referta, & intertexta.

Argumenta, quibus utitur, partim ſunt mendacia
planè notoria, partim calumniæ atroces, partim de-
niq; Sophiſmata, hinc inde fide Ieſuiticâ id eſt peſſi-
mâ, è ſcriptis Lutheri, coagmentata.

Quo nomine & ῥαψῳδία iſta, quam Impudentiam
ipſam confeciſſe non abs re dixeris, vix digna, in qua
refutanda aliquid ſtudij & operæ collocetur. Verum-
enimvero, cum verum ſit iſtud *Cypriani ad Demetria-
num*, quo quidam ejuſdem ſocietatis fraterculus ad-
verſus noſtrarū partium Theologum, περθεραπείας lo-
co uſus: *Tacere ultrà nō oportet, ne jam nō verecūdiæ: ſed diſ-
fidentiæ eſſe incipiat, quod tacemus, & dum criminationes
falſas contemnimus refutare; videamur crimē agnoſcere: pla-*

 cet

cet utiq; hac horula, Parentationis loco, Apologeticam inſtituere orationem, præſertim, cum homo effrons, hanc noſtram maximè Academiam,& aliquos ejuſdem Profeſſores nominatim impetere non reformidârit.

Neq; verò moræ & operæ precium, ſingulas ſycophantæ φλυαρίας redarguere. Ecquid enim hoc aliud, quàm cum nugatore nugaciſſimo futiliter & inutiliter nugari?

Sed potius Caput rei aggrediar, & totius ſtructuræ iſtius fundamenta diruam ac ſubvertam. Quo facto, ea quæ indè dependent ſua ipſa vanitate ultro corruent. Atq; ut μεθόδως,& εὐτάκτως progrediamur, *tribus* utique *partibus*, tractationem hanc expediem9, brevitate ac claritate, qua fieri poteſt,maximâ.In prima, quale crimen quod Ieſuita Luthero intentet,quibusq; argumentis illud confirmet,videbimus.

In altera quodnam Lutheri de Scholis & Academijs ritè conſtitutis judicium fuerit explicabimus.

In tertia denique,quo ſenſu ea quæ Ieſuita affert à Luthero dicta ſcriptaq; breviſsimè ediſſeremus. Adeſte æquis animis Auditores omnium ordinum clariſsimi, cariſsimi, mihiq; pro Luthero (ſed quo Viro?)hoc die quem emortualem, & extremum inter mortales habuit,verba facienti, exigui temporis attentionem ne denegetis.

Gentilium Præco jam olim Divini Spiritus inſtinctu, de Regno Romani Antichriſti vaticinatus eſt 2. Theſſ. 2. Mendacijs & impoſturis illud conſtitutum & propagatum iri, idq; ope & opera Diaboli, qui Mendax & Homicida ab initio, teſte CHRI-

STO

STO Ioh 8. Confirmant vaticinium iſtud Apoſtolicum inter alia vel maximè, noſtra hac ætate, extremum Satanæ excrementum, Ieſuitæ. Siſtimus è multis unum tantummodò Gretſerum, in unica ſaltem illa, contra Lutherum, in publicum emiſſa κακοῤῥαφίᾳ, quod ſcriptum quantum quantum eſt: totum ex fabulamentis, calumnijs, mendacijs, ijsq; perquàm craſſis & crudis compoſitum eſt, adeò, ut planè mihi perſuadeam omnes etiam Pontificios, qui adhuc ſaniores, & Romanæ Thaidis philtro nondùm planè faſcinati, Hominis illius proterviam ſeriò improbaturos eſſe,

Nolo autem omnia recenſendo perſtringere, ne auribus & animis veſtris nauſeam creem & tædium: ſed eorum unum duntaxat atque alterum notabo, breviter, & potiſſimum ea, quæ ædificij illius malè materiati fundamenta quaſi & fulcra conſtituit.

Academiæ huic VVitebergenſi quàm bene cupiat jndicijs haud occultis prodit. Quid dico de Academia? Imò Academiæ hujus Nutritio & Protectori ſereniſſimo, Electori Saxoniæ Domino noſtro clementiſſimo non parcit. Apertè enim & omni depoſita formidine pag. 232. nugatur *Calvinianum Crellium Saxoniæ Cancellarium Dreſdæ palàm ob Calviniſmum decollatum fuiſſe.* Quam eandem cantilenam quoq; Nicolaum Serarium Gretſeri ſocium antehac ceciniſſe accepimus. E ſuo nimirum & ſuorum genio & ingenio noſtros Electores ac Principes pientiſſimos æſtimant Romanenſes. Nihil enim illa Satanæ flabella moliuntur aliud, quàm ut ſuæ matæologiæ addictos principes ad Lutheranos igni & ferro exterminãdos

 exuſci-

exuſcitent atq; inſtigent. Per tranſennam modo inſpiciatur *Petrus Ribadeneira* lib. 1. de Principe c. 18. ubi ſchiſmaticos & hæreticos, quibus & Lutheranos illi accenſent, extirpandos eſſe haud obſcurè probat, adſtipulante ei *Martino Becano*, eo ipſo in tractatu, in quo à ſocietate ſua crimen illud amoliri conatur; dum ſuam hanc mox ſubjungit ἐπίκρισιν: brevem quidem: ſed non levē *An hoc non licet?* Et quotus quiſque veſtrum eſt, qui non vel legerit, vel auditione ſaltem perceperit, quid ſanguinarium illud Romanæ Meretricis Mancipium Paulus VVindekus jamdudum ſuæ Religionis Regibus ac principibus perſuadere auſus: Lutheranos nempe mortis ſupplicio exterminandos, interficiendos, propulſandos, reprimendos, delendos, uſtionibus & ſectionibus, exſcindendos, tollendos, explodendos, viriliter extirpandos, trucidandos, internecione delendos? Cui voce pariter craſſa & planè ſanguinolenta ſuccinit *Andreas Fabritius Leodius*, Principum Bavariæ Conſiliarius & Orator, qui Cæſaream Majeſtatem pacis religionis datæ ſervantiſsimam, ad Lutheranorum ſanguinem fundendum, publicâ προσφωνήσει exhortari non perhorreſcit.

In reſponſione ad aphoriſm. Calviniſt. pag. 91.

de extirpand. hæreticis Antid. 10. pag. 404. & Ant. 11. p 408.

Multò aliter verò animati ſunt Electores Saxoniæ, nulli unquam religionis cauſsâ capitale irrogârunt ſupplicium: ſed eo remedio uſi ſunt, quod pientiſsimi Imperatores, Conſtantinus Magnus in Ario: Theodoſius & Valentinianus in Neſtorio, ſuo ipſis exemplo laudabili, commendârunt.

Quòd autem Crellius non propter religionē: ſed alias ob cauſas longè graviſsimas, vereque ſonticas decollatus fuerit: id ex ſententia in Aula Cæſarea legitimè pronunciata tam clarum eſt, & per-

ſpicuum

ſpicuum, ut, ſi Ieſuita id indubium vocare velit; quid agat aliud, quàm ut ipſam Cæſaream Majeſtatem, à qua, & non ab Electore Saxoniæ, Crellius capitis damnatus, ad tribunal Ieſuiticæ pravitatis vocare, eiq; dicam ſcribere malitioſiſsimè auſit.

Sed ad Lutherum, pro cujus fama & dignitate nobis die hodierno dimicandum.

Caput totius rhapſodiæ Ieſuiticæ, è quo cetera ejus membra perquam monſtroſa & horrida dependent ſingula & univerſa, iſtud eſt, quòd non erubeſcit ſanctiſsimum literatiſsimumque virum coram toto Orbe Chriſtiano accuſare publicitus: Eum *non tantùm Academias & Scholas Papiſticas, ſed univerſim omnes omnesq́, liberales diſciplinas initio ſui Paroxyſmi & Enthuſiaſmi rejeciſſe* Sic enim *capitis tertij* titulum, quo totius controverſiæ ſtatum complexus, ipſe format. Gravis profectò imò ſupra, quàm dici poteſt, gravis accuſatio, & proinde gravibus etiam teſtibus, ijsq́; omni exceptione majoribus confirmanda. Quales verò producit Lutheromaſtix iſte? Agite Auditores ſingulos, ordine, quæq; ſinguli deponant teſtimonia, videamus.

In prima acie ac facie collocat VViclephum & Huſſum, cum quibus Lutherum aſſeruiſſe garrit: *Vniverſitates vana gentilitate fuiſſe introductas & tantum utilitatis Eccleſiæ adferre, quantum adfert Diabolus.*

Videtur hunc in modum argumentari velle, uti apparet ex *cap.* 2. *f.* 3. *&* 4. *Quicunque approbat omnes articulos Huſſi; is etiam approbat omnes articulos VViclephi, & per conſequens etiam illum, qui inter eos, quos Conſtantienſis Synodus damnavit, ſeßione*

VIII

VIII. *in ordine eſt viciſſimus nonus, hiſce conceptus verbis:* Academias, Vniverſitates, collegia Academica, ſtudia & inſignia Magiſtralia vana gentilitate eſſe introducta, & tantum Eccleſiæ prodeſſe, quantum prodeſt Diabolus,

*Atqui Lutherus approbavit omnes articulos Huſſi*

*Ergo approbavit etiam illum: Academias, collegia Academica, ſtudia & inſignia Magiſtralia vana gentilitate eſſe introducta & tantum Eccleſiæ prodeſſe, quantum Diabolus.*

Aſſumptionem, quæ ſola κρινόμενον videtur ſophiſtæ, probare nititur, ex aſſertione Articulorum Lutheri, contra Bullam Leonis X, damnatorum, & nominatim quidem ex *aſſertione articuli triceſimi Tomo* II. *Ien. mihi fol. 308*, ubi Theander ille incomparabilis inter alia ita ſcribit: *Erravi, & hunc articulum revocavi, & adhuc revoco, in hoc quod dixi, aliquos Articulos Iohannis Huß eſſe Evangelicos, Quare nunc ſic dico Non aliquos, ſed omnes articulos Iohannis Huß Conſtantiæ damnatos eſſe* ab Antichriſto & ſuis *Apoſtolis in Synagoga illa Satanæ, ex ſceleratiſsimis Sophiſtis congregata. Et in faciem tuam, ſanctiſsime Vicarie DEI tibi liberè dico, omnia damnata Iohannis Huß eſſe Evangelica & Chriſtiana, tua autem omnia prorſus impia & diabolica. Ecce revocationem, quam tua Bulla exegit. Quid vis amplius?* Hæc Lutherus.

Iam verò cum Huſſus ſubſcripſerit omnibus VViclephi articulis: ex eo confici opinatur Ieſuita, Lutherum etiam omnibus ejus articulis, perinde ut Huſſum ſubſcripſiſſe, & proinde etiam illi, quo Academias ſive Vniverſitates, collegia Academica, ſtudia & inſignia Magiſtralia vana gentilitate eſſe introducta &c. ille olim contendiſſe perhibetur.

Quod

Quòd autem conſtantiſſimus ille Veritatis Evangelicæ Aſſertor, propter conſtantiam Conſtantiæ combuſtus, omnibus in univerſum articulis VViclephi ſubſcripſerit: evincere conatur Antagoniſta ex articulo *viceſimum quintum locum obtinente*, inter eos, quos idem Conciliabulum Conſtantienſe damnavit. Sed conatu planè irrito & inani, id quod clarum evadet ac perſpicuum, ſi modo verba illius articuli viderimus. Sic vero habent:

*Condemnatio quadraginta quinque articulorum Iohannis VViclef, per Doctores facta eſt irrationabilis, & iniqua, & male facta.*

Quomodo verò hæc ad præpoſitum collimant ſcopum? Probandũ eſt Ieſuitæ: Huſſum *ſimpliciter & definitè* omnes VViclephi articulos approbâſſe, & præſertim illum, de Academijs & gradibus Academicis vana gentilitate introductis.

Atqui in iſto articulo, qui Huſso aſsignatur à Romanenſibus, hoc quidem dicitur, quòd *Comdemnatio quadraginta quinque articulorum Iohannis VViclephi per Doctores facta, ſit irrationabilis, iniuſta, & male facta*. Cur verò? *quia nullus* (Hæc ènim in articulo illo ſine intervallo ſequntur) *eorum, ſcilicet Doctorum, qui eos condemnarunt Catholicus, ſed quilibet eorum aut hæriticus, aut erroneus, aut ſcandaloſus.* Vbi hic abſoluta approbatio, ubi ſignum univerſale, ubi diſerta articuli illius de Academijs & gradibus Acadamicis mentio? Nullibi niſi in cerebro Ieſuitæ, vel certè in mitra ejus quadrata, qua quatuor Evangelia & neſcio quæ myſteria ſignificari ſuaviter ſibi ſomniant,

Iohannem VViclefum quod attinet, fuit is natione Anglus, & circa Annum CHRISTI 1370. multa ſcripſit, imò & AEneæ Sylvij (qui poſtea Pontifex Romanus factus & Pius II. appellatus) teſtimonio pluſquã ducenta volumina, & pleraque quidem omnia contra Paparum Monachorum & cleri impiam vitam, traditiones, abuſus. Propter quam παῤῥησίαν commemorabilem Rex Angliæ Edvardus eum valde amavit ac coluit, nec paſſus eſt illum à Romanenſibus ſanguinarijs opprimi & è medio tolli.

Quid autem Conciliabulum illud Conſtantienſe, veriùs, Lutheri judicio, Obſtantienſe, ſententiam damnatoriam pronunciarunt in hominem non viſum, non auditum: ſed multis retrò annis mortuum, ſepultum, & quoad carnes cinefactum. Nihilominus tamen Patres illi Sanctuli ac religioſuli decretum ſancierũt: ut oſsa ejus, ſepulchro eruerentur; eruta cõburerẽtur, ſectatores ejus, Anathematis fulmine percuterentur. Vtq; inſaniæ ac profanitati ſuæ colorem inducerent, articulos conſarcinârunt quadraginta quinque, qui ex parte vel planè ficti, vel certè per calumniã nequiter depravati rectiſsimè cenſentur; quẽadmodum vel ex VI. luculenter effulget ubi VViclefum tradidiſſe perhibẽt: *Deùm debere obediere Diabolo*: quod virũ ſanctimoniæ & pietatis famâ celebrem, ne per febrim ſomniâſſe quivis, cui cerebrum in capite, & non in calcaneo, ultro intelligit.

Quia igitur iſtos, inter articulos, & is eſt de Academijs & honoribus Academicis, cui veritas ejus non meritò ſuſpecta fuerit, cum conſtet: articulos illos omnes ab ijs conſcriptos, qui Hoſtes VViclefi ἄσπονδοι? Ecquis enim ignorat, quod *nec Amico laudanti nec Inimico detrahenti credendum*?

Et

Et unde quæſo Gretſere, tecum enim ago, unde inquam Patres illi articulos doctrinæ à VViclefo ſparſæ excerpſerunt? Non certe ex libris ejus, Hos enim à VViclefi diſcipulo Iohanne Huſſo Pragam delatos eſſe: ſed ibi non aſſervatos, verum ab Epiſcopo Pragenſi Veſtæ & Vulcano conſecratos non Lutherani: ſed Pontifici Hiſtoriarum ſcriptores memoriæ prodiderunt. Et quidem annis quindecim ante Concilium Conſtantienſe. Et quod ſilentio non prætereundum, librorum illorum ducenta Volumina, pleraq; auro tecta extitiſſe, ijdē referunt.

Vtque Hæreticorum etiam, pro ejusmodi enim nos habent PſeudoCatholici, benignitatem experiatur, & ſpecimen aliquod bonorum operum, à quorum ſtudio nos totos abhorrere ſcriptitant, ſuis oculis videat: ponamus ſane κατὰ παρερμολογίαν vel πλάσιν Ieſuiticam: VViclefum ita omnino docuiſſe, ſicuti habet articulus viceſimus nonus, in Synodo Conſtantienſi ei aſsignatus: quid vero inde? num inferre licebit? VViclefum omnes promiſcuè Academias, & ſic Chriſtianas etiam omnes damnâſſe: Haud reor: modo expendatur & attendatur id, de quo paulò ante, quando eum abuſus impios Papatus redarguiſſe diximus. Id quod alijs quoque ex articulis, propter quos damnatorio calculo notatus Hieromartyr ille, haud obſcurè liquet. Videant Iuniores Cenſuram *Oſiandri in XV. Centuria Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ f 457.*

Nos ab Huſſo & VViclepho progredimur ad alterum Ieſuitæ teſtimonium, quod partim ex *libro contra Catherinū:* partim ex ſcripto *de privata Miſſa* abrogāda depromit Lutherus. Vtrobiq; Academias cōparat

Molocho idolo illi infami, & immani de quo Ierem. cap. 7. Sed quas Academias? An univerſim omnes? Nequaquam. Diverſum monſtrabimus ſuo inferius loco. Verùm eas duntaxat, quales tū erant hodieque ſunt in Papatu. De his agit, in has ſtilū ſtringit, has Molocho confert: & quidem non per ſe ut Academias: ſed propter vitia ac flagitia, quibus laborabant & ad huc laborant univerſæ.

Sic enim in libro contra Catherinum *Tom. 2 Ien. lat. f. 362* habet, ſi locus integrè citetur, id quod à Ieſuita fraudulenrer intermiſſum. *Duodecima & ultima (Nam alijs alias commemorandas relinquo) eſt Chaos illud & janua patens inferni, incredibili facie ſpectabilis. Vniverſitates, inquam, in quibus perjuria & abuſus nominis DEI ſunt introitus. Deinde converſatio in omne ſcelus libera & licentioſiſſima, ſub ijs tamen peccatis & perditionibus promittitur ſcientia & ſapientia, etiam præſtitis titulis & gradibus vice ſcilicet mercedum. Quid autem præſtant tandem? Primum electioers Chriſtiani populi adoleſcentes proſtituuntur, & in patens guttur inferni projiciuntur, ut per idolum Moloch figuratam putem HANC PERDITIONEM, cui filios & filias olim delectiſſmas luſtrabant per ignem. Deinde propoſito Ariſtotele, nec ipſo recte intellecto, cum gentilibus & humanis literis ingenia Chriſtiana occupantur, imo excæcantur & opprimuntur.* Et pro verbo Dei, *Papæ dogmata tractantur, ut videatur ad Evangelium funditus extinguendum, nec aſtutius nec efficacius inveniſſe Satan conmentum, quam Vniverſitatum erigendarum. Vbi ſub titulo doctrinæ Chriſtianæ non niſi pugnantiſſima Chriſtianæ fidei docerentur. De qua re longa & multa nobis eſſet diſputatio, ſi*

*tempus*

*tempus & ocium faveret. Atque ex his luſtris & ſpelæis ad gubernacula Eccleſiarum vocantur, ſi quando optimos vocare viſum eſt.*

Eadem planè ſententia eſt alterius loci in ſcripto de privata Miſſa *abroganda*. Non enim ſimpliciter ibi diris devovet Academias & execratur Lutherus: ſed ut ipſe mentem ſuam eo loci plena ac plana oratione explicat: *Quatenus adoleſcentes, ibi peſſimis moribus perduntur, quatenus imbuuntur philoſophicis, gentilibus, humanis, impijs & ſacrilegis opinionibus, quatenus venenum hauriunt, quod fortè nunquam evoment, tenentes pro bono quod malum eſt, imbuunt & eos, quos docendos ſuſcipiunt ſimilibus opinionibus.*

Eò reſpicit Lutherus dum Academias Molocho comparat, & tales fuiſſe hodieque eſſe Academias & Collegia Papiſtica, maximè vero Ieſuitica, notius eſt proh dolor quam expedit. Atque hæc etiam cauſa eſt cur nos noſtros tanto dehortamur ſtudio, ne filios Collegijs Ieſuitarum erudiendos tradant.

Sed ne in re nota χεϱνοτϱιβεῖν velle videamur, procedamus ulterius. Et en tibi aliud teſtimonium, quod ne Ieſuiticum, id eſt, à Ieſuita ſuo more fictum pictumque putes: iterum allegat Lutherum, in commentar. *in Pſalm 22.* eique inde tria maxime exprobrat, & ad aures oggannit.

Primò quod dixerit *Univerſitates fuiſſe per quatuor milites, qui CHRISTUM crucifixerunt præfiguratas*, eò quod quatuor Facultatibus conſtent. Et quia omnes Academiæ quotuor Facultatibus conſtent; confici inde exiſtimat, Lutherum convitium iſtud (ut ille appel-

lat) retuliſſe ſimpliciter ad omnes in univerſum Academias.

At enim vero Ieſuitam hic iterum antiquum obtinere ſuum, ideſt συκοφαντεῖν & στωμυλιο συλλεκτάδην εἶναι, facile intelligit is, qui paragraphum ab illo allegatum in ſua ſede perluſtraverit integrum. Sic enim Lutheri verba ibi ſonant *Tom. II. Ien. Lat. m. ſ. 244.*

*QVIS SCIT an iſte quaternarius & hoc voluerit, quod Vniverſitates futuræ erant quatuor Facultatibus conſtantes, quò nobis præcaveret, quàm inſigni abominatione coram Deo fæteant glorioſiſſimæ illæ ſtudiorum Matres.*

Quæ ergo à Luthero στοχαστικῶς & dubitative dicta ſunt: ea Sycophanta ἀποφαντικῶς & aſſertivé dicta frivolè interpretatur. Quid, ſi Ieſuita inſcius propria vineta cæderet? Imo cædit. Ita enim ibidem f 23. expreſſe ſcribit: At etiam nonnullæ ex Lutheranis & Calvinianis *Academiis, quæ Nullæ erant quando Lutherus hæc ſcribebat, (niſi quod VVittebergenſis tum Lutherizare inceptabat.)* conſtãt & facultatibus.

Ergo ſi NVLLAE erant Academiæ, quando Lutherus illa ſcripſit, præter Papiſticas: in aprico utique poſitum eſſe cernimus: ea in nullas alias dicta & producta eſſe Academias, præterquam Papiſticas; De illis enim eo loci ex profeſſo diſſerit, & Scholaſticorum maximè κυβείαν & πανουργίαν in interpretanda Sciptura, ea, qua par erat ſeveritate redarguit, quodq́; ſicut Milites veſtes, CHRISTI, ita Illi Scripturam in *quatuor ſenſus* diſpeſcant.

Secundò ex eodem loco Ieſuita criminatur, quod *Lutherus Vniverſitates, Scholas & ludos appellet, à ludendo.* Et *tertio* quod Scholaſtici eodem fato, ei ſint *ludicri & illuſorij.*

O lu-

O lumen & acumen Ieſuiticum! An inſolens & planè inſuetum, Etymologijs eo modo ab eventu deductis, rem aliquam notare ac perſtringere?

Scripturæ pròfectò ſolenne illud, eſt, ſicut oſtendunt exempla Mich. 1. אַכְזִיב לְאַכְזָב לְרֶכֶשׁ לָכִישׁ item que *Amos c. 8.* קַיִץ הַקֵּץ. Si itaque Scripturæ etymoligijs iſtiusmodi ludere placuit, cur non licuerit Luthero? cur non & nobis veſter Pontifex fuerit Ponti fex, & vos Ieſuvitæ quaſi **Jeſu zu wider** vel **Jeſu zwitter**. Facto certè tales vos eſſe demonſtratis. Quanquam verò Lutherus Papiſticas Vniverſitates, Ludos & Scholaſticos illuſores appellandos cenſuit, propter κυβείαν, qua ut pueri talis: ita illi Scripturâ ludere conſueverunt: Interim tamen eo ipſo in loco, honorificam facit mentionem Scholarum Chriſtianarum, quæ olim Antiochiæ & Alexandriæ extiterunt.

Quibus ſic expeditis deveniendum nobis cum Ieſuita ad alias quoque lœdorias; quarum integrum faſcem in theatrum Chriſtiani Orbis unâ operâ proijcit ſtētorea & plusquam Ieſuiticâ voce clamitans: *Lutherus omnes gradus & honores Academicos & Scholaſticos, & omnia fundamenta, quibus ſolidum ſcientiæ ædificium præcipuè innititur ſuſtulit, & Philoſophiam; omneſque, Philoſophiæ partes, Logicam, Phyſicam, Metaphyſicam, Ethicam, quod infra perſpicuè demonſtrabimus &c. Sed quia* probationem differt & præſens in tempus omittit: differamus & nos refutationem in poſtremam & ultimam Orationis partem.

Iam noſtra ſe confert Oratio ad *Philippum Melanchthonem & Carolſtadium*, quem utrumque Spiritu Anabaptiſtico faſcinatum fuiſſe affirmare non dubitat

Luthe-

Lutheromaſtix. Et de *Caroloſtadio* quidem vſurpare nos oportet iſtud, quod Iohannem Evangeliſtam de Pſeudoapoſtolis olim uſurpaſſe legimus, *in I. Epiſt. c. 2. Ex nobis egreſſus eſt ſed non erat ex nobis, ſi enim fuiſſet ex nobis: manſiſſet utique nobiſcum: ſed ut manifeſti fierent, quod non ſint omnes ex nobis.*

*Philippum Melanchthonem vero* quod attinet: Viro huic de Republica literaria meritiſsimo adeo factio iſta, vel fax potius Germaniæ infenſa eſt, ut Gretſerus non veritus, eum cum Caroloſtadio conjungere, & in Anabaptiſtarum cenſum referre, licèt ſcripta à Philippo adverſus Anabaptiſtas evulgata loquantur, & teſtentur publicè contrarium. Quin eò impudentiæ iſte homo procedit, ut Philippum œſtro Anabaptiſtico percitum, ex Profeſſore Piſtorem factum eſſe, non vna ſed aliquot vicibus, ſine rubore omni propalàm aſſeveret.

Heus tu audaciſsime omnium, ſi quid adhuc frontis habes, age, nomina librum, indica paginam, oſtende paragraphum, ubi hæc de Philippo piſtore fabula memoriæ prodita. Gregalem tuum Nicolaum Serarium aliquot abhinc annis eandem cantilenam cecinisſe, teque illi jam ſuccinuiſſe ſcimus, ſed qua autoritate id factum ab utroque veſtrum neſcimus; neſcit itèm lux Veritatis & nuncia vetuſtatis Hiſtoria, neſcit Fama, neſsit Vrbs, neſcit Orbis. Sic verò mactare ſoletis vos eos, qui mitiùs, quam par eſt, vos tractare ſolent. Ieſuitæ eſtis, audacter fingitis ac refingitis quodcunque lubitum fuerit. *Tranſeamus ad alia.*

Hic verò nubem quandam ex varijs variarum criminationum vaporibus & nebulis condenſatam mihi ob-

hi obvenire video. Sic enim Gretſerus noſter ulteriùs: *VVitebergenſis Academia docendi munus abjecit, literas exterminavit, liberos innumerabiles combuſsit. Scholas ipſas clauſit & obſeravit, ita ut adoleſcentum plurimi à liberalibus diſciplinis ad illiberales & manuarias ſeſe artes conferrent.* Sed levicula agitatione hæc diſsipabimus ſubitò omnia.

Dicit Ieſuita *Academiam VVitebergenſem docendi munus abjeciſse, literas exterminaſſe.* Quando id factum Gretſere? quo anno? quo menſe? ediſſere, ediſſere. Num anno 21. & 22. quo ſuum in hac Academia furorem furere cepit Caroloſtadius? Non certè. Etſi enim Lutherum tum temporis propter Pontificiorũ rabiem in Pathmo aliquandiu latere oportuit: interim tamẽ Profeſſores cæteri gnaviter ſuo in Academia hac functi ſunt offiicio. Celebrati ſunt actus promotionum in Theologia etiam; cooptati in Collegia viri eruditi, enarrati autores doctrinæ & eloquentiæ laude celebres. An verò annis id accidit ſequentibus? Minimè. Contrarium Annales Academici demonſtrant. Tibi, tibi inquam, ſi tu boni viri momen tueri volueris; probandum, quod affirmas. Affirmanti enim incumbit probatio. Si verò accuſare ſufficeret, quis eſſet innocens? ait Tertullianus.

Et ſit ſanè, aliquos circa illa tempora à literarum ſtudijs defeciſſe, quod tamen nondum probâſti, ita, ut par fuerat. Quæ verò iſtius defectionis cauſa? Num Lutherus? Certè

In hunc Ieſuita quidem fabam iſthanc cudit, bilemqe omnem evomit: Sed non Lutherus. Quis ergo? Caroloſtadius; qui ut ex odio Lutheri alia multa

cæco furore impugnavit, ita etiam liberales diſciplinas & gradus Academicos improbare ac damnare non exhorruit.

Quid verò commune Luthero cum Caroloſtadio? Quid luci cum tenebris? Quid Chriſto cum Beliale? Quanto enim ardore refutârit errores Caroloſtadij, id ſanè ex concionibus & ſcriptis adverſus illos habitis & editis, propalam liquet; ſaltem legant & evolvant, qui dubitant *Tom. 2. Iſlebienſ. à fol. 83. uſque ad* 102. Itemq; *Tomum* 3. Ien. in Scripto verè aureo, cujus Titulus *contra cæleſtes Prophetas*; in quo ei temeritatem illam, quâ Ruſticus quam Doctor audire maluit, nominatim, & admodum ſalsè exprobrat.

Quantum gradus & honores Academicos attinet: Lutherus certè Carolaſtadij opinionem uſque adeo non probavit: ut eandem modis omnibus improbaſſe facilè probari poſsit. Nam cum Homo maleferiatus delirio ſuo patrocinium quæreret in illo Salvatoris *Matt.* 23. Nolite vocari Magiſtri &c. ſchedulamq;, cui fanaticâ ſuâ interpretationem, inſcripſerat, Cathedræ impoſuiſſet: Quid Lutherus? Schedulâ mox arreptâ, Caroloſtadianâ interpretatione publicâ voce redarguit, ſubſtitutâ in ejus locũ verâ ac genuinâ ſententiæ illius expoſitione, id quod & Serarius Societatis Ignatianæ Monachus ipſemet fatetur. Quid? ut æternum poſteritati relinqueret monimentũ, ſuæ à Caroloſtadio diſſenſionis, quodq; inſaniam ejus, quâ gradus Academicos unà cum liberalibus diſciplinis penitùs abolitos cupiebat, toto pectore abominatus fuerit: hæc ipſe verba manu propriâ Libro Statutorũ Collegij Theologici inſeruit

*Et egò teſtor hac mea manu, me in eodem actu affuiſſe, Et e-*

*tiam*

*tiam has ſacrilegas voces ex ore ejus blaſphemo audiſſe* ( *Sed quibus tunc palam reclamare non licuit* ) *Ego prudens facio impie, quod propter duos florenos, promoveo. Et contendebat ex Matth. 23. neminem eſſe vocandum, patrem aut Magiſtrum in terra; Sed unum eſſe Magiſtrum & Patrem in cœlis, &c. Ex quib9 intelligitur, quo Spiritu ceperit ſuam Theologiam.*

Qua fronte igitur, qua mente, qua conſcientia Gretſerus Lutherum delirij Caroloſtadiani ſocium adeoq; literarum & graduum Academicorum contemptorem proclamet, judicent omnes, quibus mens ſana & integra.

Sed negari tamen non poteſt, quod Lutherus *Libros combuſſerit*? Combuſsit utique. Sed quos? Num eos, quibus Verbum divinitus revelatum, & diſciplinæ liberales literis conſignatæ? An ſacra biblia? Num Ariſtotelem & Ciceronem? Num jus civile & ſpeculū Saxonicum? an Hippocratis & Galeni Commentarios? Minime gentium. Quos ergo? *Non innumerabiles*, uti Ieſuita Ieſuiticè, id eſt, impudēdiſsimè mentitur, ſed BULLAM Leonis X. & *Codicem Iuris Pontificij*. Cur verò? In contumeliam forſan Iure conſultorum, aut legum utiliſsimarum, quæ, ut margaritæ quædam in ſterquilinio iſto ſparſim in eo volumine continentur? Nequaquam. Quàm ſapiens enim & præclarum Lutheri, de Studio Iuris ampliſsimo judicium fuerit; pluſquam abunde declaravit in altera parte cohortationis ſuæ ad Parentes de introducendis liberis in Scholas: ſed in ignominiam Papæ, & deteſtationem impiorum Canonum, quibus SANCTUS DOMINI CONTRISTATUS, id eſt, quib9 verbo Dei hominū traditiones præferuntur: cultus ſuperſtitioſi & impij ſanciuntur,

 Veri-

Veritas doctrinæ cœleſtis cõculcatur, Papæ Tyrannis ſtabilitur. Has, has inquam, ſui illius facinoris Heroici cauſas habuit ille noſter Eliæ Spiritu armatus & animatus Heros; ſicut ipſe peculiari Scripto paulò poſt facinus illud edito prolixè demonſtravit. Tom. II. Ien. Lat. fol. 316. quò ſtudioſam Iuventutem remittimus.

Iam ad Gretſerum revertimur, inq; ipſum telum, quod conrta Lutherum torſerat, hoc anti ſyllogiſmo retorquemus:

*Qui innumerabiles libros combuſſit: is non tantum Academias & Scholas Papiſticas, ſed univerſim omnes, omneſque liberales diſciplinas rejecit.*
*Atqui Papa ejuſque ſatellites jurati Ieſuitæ, innumerabiles combuſſerunt libros.*
*Ergo Papa ejuſque ſatellites Ieſuitæ non tantum Academias & Scholas Papiſticas ſed univerſim omnes, omneſque liberales diſciplinas rejecerunt.*

*Propoſitio* eſt Gretſeri ex cap. 3. ijsdem, quibus ipſe uſus verbis, ſyllabatim deſcripta.

*Aſſumptioni* fidem facit uſitata praxis & conſuetudo in Papatu communiter recepta, comburendi libros, quorum autores pro hæreticis habent, eaque peculiari ſcripto à Gretſero ſolenniter defenſa & approbata.

Premenda nempè ſibi ducunt Majorum ſuorum veſtigia, quos inſtinctu Legatorum Pontificis Romani mox ſub primum ſolis Evangelici exortum, Lutheri Scripta combuſsiſſe conſtat eoden anno, quo Lutherꝰ audaciâ eorũ laceſsitus Libros juris Canõici VVitebergæ cõcremavit, ex juſta nimirũ indignatio-

n

e par pari referens; quodq́; ſe à Pontifice Romano ejusq́; abominationib9 penitus ſegregarit, ſignũ quod dam publicum & omnium oculis expoſitum erigen

Pergit Ieſuita, *VVitebergenſem Academiam Scholas clauſiſſe*, Cur non & portas Vrbis & pontem, quo trans Albim in Vrbem itur? Academiam hanc ſemel atque iterum aliò fuiſſe tranſlatam, propter contagium, verum eſt: Eam verò unquam fuiſſe clauſam, propter Lutheri Enthuſiaſmum, uti Ieſuita maledicè loquitur, falſiſsimum eſt. Confluxerunt huc numerò non exiguo Studioſi, etiam ijs annis, quibus Caroloſtadius hic docuit, quibusq́; Anabaptiſtarum furiæ, quibus & Lutherum agitatum fuiſſe, mentitur Ieſuita, Germaniam turbârunt univerſam, ut Annis ſupra ſeſquimilleſsimum viceſsimo primo, 22. 23. 24. 25. quibus octingenti ſexaginta ſex Studioſi in Album Academiæ adſcripti ſunt.

Quod ſi Studioſorum numerus in hac Academia, circiter illa tempora, decreviſſet, dic obſecro quis in cauſa fuiſſet? Non Lutherus certè, qui ijs ipſis annis, operas ſuas publicas ſtudio continuavit indefeſſo, ſicut ex Tomo II. Latino, & Tom. II. & III. Germanicis Ienenſibus liquidò effulget: ſed Decreto illi, quod Idolum Ieſuitarum Capitolinum, hoc eſt Papa Romanus per Legatum ſuum, Campegium Cardinalem Romanum, Principibus & Epiſcopis Germaniæ extorſit, cui inter alia & hæc in Academiam hanc noſtram VVitebergenſem, eosque omnes, qui tanquam ad mercaturam veræ & incorruptæ doctrinæ Evangelij, ac bonarum artium aut profecti aut pro-

ſecturi, fulmina ipſo ſonu tremenda, horribili impetu vibrantur:

*Qui VViteberga literis dant operam homines, ſua ditionis, intra tertiū menſem, ubi de facto Decreto reſciverint, domum revertantur, aut aliò ſeſe conferant, ubi Lutheranum illud virus locum non habet. Qui ſecus fecerint, beneficijs omnibus & hareditate priventur. Ejus Academia ſectatoribus nullum conferatur Sacerdotium, neque juventutis docenda munus committatur. Et ut iſta valeant, certi quidam homines & idonei deligantur, qui ſtudioſè omnia perveſtigent, & locorum præfectos in eo adjuvent. Sontes cuſtodia mandentur, proq; merito puniantur; ex ijs qui relegātur, & in exilium ire jubentur, nullo prorſus loco perfugium habeant quam latè patent ipſorum omnium fines atque ditio. Siquis fortè motus atque ſeditio propter hoc decretum, in alicujus finibus naſcetur, ſubſidio reliqui ſint opemq; ferant alter alteri.* Et hactenꝰ fulmina Antichriſtiana, quibꝰ & non Lutheri Paroxyſmo Enthuſiaſtico aut Anabaptiſtico, ut Caluminator Ingolſtadienſis blaterat, non paucos à literis & literarum ſtudijs, & ab hac maximè Academia deterritos fuiſſe, perquam credibile.

Atque hæc etiam inter alias cauſa eſt ob quam Lutherus eodem Anno conſcripſit *Librum paraneticum de Scholis inſtituendis*, in quo tot tantiſq; laudum præconijs Scholas & literarum tractationem extollit, ut, an unquam in Papatu majoribus elatæ fuerint, meritò dubitari poſsit.

Et jam tempus eſt à prima Orationis noſtræ parte tranſire ad ſecundam, in qua quodnam Lutheri de Scholis ritè conſtitutis, judicium fuerit, exponendum eo fine, ut non tantùm Lutherani, ſed Pontificij etiam ſan-

ſaniores, quibus lectione Scriptorum Lutheri ſicut & Bibliorum à Pharaone Romàno & operum ejus tyranni Magiſtris, Lojolitis, interdicitur, manifeſto in lumine videant, quam luculentam ei injuriam faciat, dum eum bonarum literarum contemptorem & Scholarum & Academiarum omnium vaſtatorem in univerſo Orbe Chriſtiano proclamare non reformidavit.

Hîc verò non Colloquia Lutheri, quæ Ieſuita Gretſerus per calumniam συμποσιακὰ & colloquia compotatoria appellare conſuevit, producemus, uti quidem, quo ad præſens iſtud thema, tutò poſſemus. Liber enim ille non conſcriptus fuit à Luthero ipſo, nec ipſo adhuc vivo & approbante editus. Neque etiam complectitur ea, quæ è ſuggeſtu ſive Academico ſive Eccleſiaſtico à Luthero Auditoribus dicta & tradita. Ideò & nos Libri illius autoritati ſtamus non ſimpliciter: ſed quatenus eadem in ijs Lutheri ſcriptis memoria prodita: quæ in Colloquijs Menſalibus continentur. Et quò Candor ac modeſtia Lutheri Amicis & inimicis innoteſcat plenius: memorabilem hanc Lutheri ſententiam huc accerſere allubeſcit: Ita verò ille in *Poſtilla Domeſtica* Dominica Iubilate **Es redet in demſelben Evangelio Joh. 16. der Apoſtel Fleiſch aus der vernunfft ohne den heiligen Geiſt / vnd findet man inn Auguſtini Büchern viel Sprüche / welche Fleiſch vnd Blut geredt hat / vnd ich mus auch von mir bekennen / das ich viel wort rede / welche nicht Gottes wort ſind / wenn ich rede auſſerhalb dem Predigampt / daheim über Tiſch oder ſonſt.**

Sed hæc ὡς ἐν παρέργῳ. Prodeant libri Lutheri, ab ipſo vivente concinnati, & Orbi Chriſtiano literis commendati.

Inter

Inter quos meritò primas ſibi vendicat; *Scriptum* illud παραινετικόν *ad gubernatores Rerump per Germaniam de Scholis Chriſtianis* aperiendis & juſtituendis *Tom. 2. Ien. Germ. 454.*

In libro enim illo verè aureo & nunquã ſatis laudato, graviſsimis in medium auductis rationibus perſuadere conatur; tum Magiſtratui, ut de Scholis aperiendis & rectè conſtituendis curam ac cogitationem ſuſcipiat eo, quod in Republica ſuſtinet officio, dignam, tum Parentibus, ut nihil magis cordi curæque ſibi eſſe patiantur, quàm ut liberos Scholis conſecrent, ut in his ordinarijs SPIRITVS ſancti officinis tum pietatis tum liberalis doctrinæ principia, cum lacte quod dicitur materno, combibant & inſugant.

Poſſem ſi vellem plura inde huc transferre. Sed ne tempore & æquanimitate veſtra incredibili abuti velle videar: Sufficiant duo ſolummodò, Lutheri conſilia, verè Lutherana, id eſt, piè & ſapienter data. *Vnum* eſt, ex quo hoc Sole clariùs exſplendeſcit Lutherum non ſimpliciter Scholas Papiſticas damnaſſe: Sed peſsimos earum abuſus in uſus veros & genuinos convertendos imperâſſe. Ita enim habent verba, *Tom. II. Ien. Germ. fol. 456.*

War iſts/ Ehe ich wolt / das hohe Schulen vnnd Klöſter blieben / SO/ wie ſie bisher geweſen ſind / daß kein ander weiſe zu lehren vnnd leben ſolt für die Jugent gebraucht werden/ wolt ich ehe / das kein Knab nimmer nichts lernte vnnd ſtum were. Denn es iſt mein ernſte Meinung/ Bitte vnd Begirden / das dieſe Eſelſtelle vnd Teuffels Schulen entweder in Abgrund verſüncken/ oder zu Chriſtlichen Schulen verwandelt werden.

Al-

Alterum Lutheri Conſilium eſt, de inſtituendis in Scholis & Academijs Bibliothecis, conquiſitis undiquaque libris utilibus, non tantùm Theologicis: ſed aliarum etiam Facultatum, adhibito tamen delectu accuratiſsimo. Sic enim ſcribit ulterius pag. 462. Am letzten / iſt auch das wol zubedencken / allen den jenigen ſo lieb vnd luſt haben / das Schulen vnd Sprachen in Deutſchen landen auffgericht vnnd erhalten werden / das man vleis vnd koſte nicht ſpare / gute Librareien oder Bücherheuſer / ſonderlich in den groſſen Städten / die ſolchs wol vermügen / zuverſchaffen. Denn ſo das Evangelium vnnd allerley Kunſt ſol bleiben / mus es je in Bücher vnd Schriffte verfaſſet vnd gebunden ſein / wie die Propheten vnd Apoſtel ſelbſt gethan haben / als ich droben geſagt habe.

Et folio mox inſequenti 463. Aber mein rath iſts nit / das man ohn vnterſchied allerley Bücher zuhauff raffe / vnd nicht mehr gedencke / denn nur auff die menge vnnd hauffen Bücher. Ich wolte die wahl darunter halten / das nit noth ſey / aller Juriſten Com̃ent / aller Theologen Sententiarum / vnd aller Philoſophen Quæſtiones / vnd aller Münche Sermones zuſamlen. Ja ich wolt ſolchen Miſt gantz ausſtoſſen / vnnd mit rechtſchaffen Büchern meine Liberey verſorgen / vnd gelehrte Leut darüber zu rath nehmen.

Erſtlich ſolt die heilige Schrifft beyde auff Lateiniſch / Griechiſch Hebreiſch vnd Deutſch / vnd ob ſie noch in mehr ſprachen wehre / darinnen ſein. Darnach die beſten ausleger vnd die Elteſten / beyde Grichiſch / Ebreiſch / vnd Lateiniſch / wo ich ſie finden könte.

Darnach ſolche Bücher / die zu den Sprachen zu lernen dienen / als die Poeten vnd Oratores / nicht angeſehn / ob ſie Heyden oder Chriſten weren / Griechiſch oder Lateinſch. Denn aus ſolchen mus man die Grammatica lernen.

Darnach ſolten ſein die Bůcher von den freien Künſten/ vnd ſonſt von allen andern Künſten.

Zuletzt auch der Recht vnnd Ertzney Bůcher/ wiewol auch hie vnter den Commenten einer guten wahl noth iſt.

Ex qua vel una Lutheri ſententia futilitas apparet Gretſeri, qui non abſque apparatu probare nititur Lutherum non injuria( Gretſeri verba ſunt pag. 24. ) *interitionem omnium bonarum artium molitum videri poſſe.*

Quo fine per omnia diſciplinarum genera diſcurrit, corradens hinc inde, quæ ad talem quandam ſuſpicionem de Luthero concitandam facere videntur.

Sed ut ceſto Veritatis fortius obturetur os Ieſuiticum, afferamus alia Lutheri teſtimonia, diverſum planè ſonantia. Et quidem ex Concione ejus *Tom. 5. Ien. Germ. f. 174. de cauſis introducendi pueros in Scholas.* E qua ſaltem ea huc tranſcribere libet Encomia, quibus *Iuridicum, Medicum & Philoſophicum Studium* exornat.

Studium *Iuridicum* his commendat verbis: Nu ſiheſtu/ was nutz ein frommer Rechtskündiger oder Juriſt thun kan/ ja wer weis oder kan alles erzehlen? Denn was Gottes Werck vnd Ordnung iſt/ das ſchaffet jmmerdar/ ſo viel v[illegible] d groſſe frucht/ das ſie nicht zu zehlen / noch zubegreiffen ſind/ Erſtlich/ Erhelt er/ vnd hilfft fördern/ mit ſeinem Buch ( durch göttliche ordnung ) das gantz weltliche Regiment/ Keyſer/ Fürſten/ Herrn/ Stäte Landt vnd Leute ( wie droben geſagt ) denn ſolche alle müſſen durch weißheit vnd recht erhalten werden / wer will aber diß Werck allein genug preiſen? Darauß haſtu den ſchutz vnd ſchirm deines Leibes vñ Lebens/ wider Nachbar/ Feind/ Mörder/ darnach ſchutz vnd Friede deines Weibes/ Töchter/ Sohns/ Hauß/ Hoff/ Geſindt/ Gelt/ Gut/ Acker/ vnd was du haſt / denn das iſt

alles

alles im Recht verfaſſet / bemauret vnnd wol gehegt/wie groß/ das alles ſey / künd man mit keinen Büchern nimmermehr außſchreiben/ dan wer will außſprechen /was der liebe Friede/ für ein vnausſprechlich Gut iſt? Wie viel er ein Jar allein/ beide gibt vnd erſparet.

Ceterùm de *Medicis ac Philoſophis* fol. 184. ita ſermocinatur: Hie ſolt ich auch erzehlen / wie viel Gelerten man haben muß/ in der Artznei vnd andern freien Künſten/ von welchen beiden Stücken wol ein gros Buch zu ſchreiben/ vnd ein halb Jhar davon zu predigen were. Wo wolten Prediger vnd Juriſten vnd Ertzte herkommen wo nicht die Grammatica vnnd ander Redekünſte fürhanden weren? Auß dieſem Brunne müſſen ſie alle herflieſſen / aber es will mir itzt zu lang vnnd zu viel werden / das ſag ich kürtzlich / Einem vleiſſigen frommen Schulmeiſter oder Magiſter/ oder wer er iſt / der die Knaben trewlich zeucht vnnd lehret/ den kan man nimmermehr gnug lohnen / vnd mit keinem Gelt bezahlen/wie auch der Heide Ariſtoteles ſagt. Noch iſts bey vns ſo ſchendlich veracht/als ſey es gar nichts / vnd wollen dennoch Chriſten sein.

*Et paulò pòſt.*

Daß aber die Ertzte Herren ſind/ das ſihet man für Augen wol/vnd das man jhr nicht emperen kan/ lehret die erfahrung wol/das es aber der Welt ein nützlicher/tröſtlicher heilſamer Standt/ dazu ein angenemer Gottesdienſt ſey / von Gott geſchaffen vnd geſtifft/gibt nicht allein das werck an jhm ſelber/ ſondern zeugt auch die Schrifft Syrach. 38. da ſchir ein gantz Capitel von den Ertzten daher rühmet vnd ſpricht/Du ſolt den Artz ehren/denn man kan ſeiner nicht gerathen/vnnd GOtt hat jhn geſtifft / denn alle

Artzeney iſt von Gott. Die kunſt des artzes bringt jn zu ehren/ vnd er wird für den groſſen HErrn werth gehalten.

*Tranſeamus ex Tomo 5. ad Tom. 7. ubi folio. 275 hæc aurea & cedro digna Scholarum commendatio extat.*

Von den Schulen hab ich droben auch vnd ſonſt viel geſchrieben/ daß man ja feſt vnd fleiſig drüber halte/ Deñ wiewol ſie in dem/ das die Knaben lernen Sprache vnnd Künſte/ als ein Heidniſch euſſerlich ding anzuſehen ſind/ doch ſind ſie hoch von nöthen/ denn wo man nicht Schüler zeucht/ ſo werden ſie nicht lange Pfarherr vnd Prediger haben/ wie wir wol erfahren/ denn die Schule mus der Kirchen geben Perſonen/ die man zu Apoſtel/ Evangeliſten/ Propheten/ das iſt/ Prediger Pfarherr/ Regierer machen könne/ ohn was man noch ſonſt mus für Leute haben/ in der Welt/ die Cantzler/ Räthe/ Schreiber vnd dergleichen ſollen werden/ die auch weltlich helffen regieren. Vber das/ wo der Schulmeiſter Gottfürchtig iſt/ vnd die Knaben Gottes wort vnnd rechten Glauben lehret verſtehen/ ſingen vnd üben/ vnnd zu Chriſtlicher zucht helt/ da ſint die Schulen (wie drobe geſagt) eitel junge ewige Concilia/ die wol mehr nutz ſchaffen/ weder viel andere groſſe Concilia. Darumb haben die vorigen Keyſer/ Könige vnnd Fürſten recht wol gethan/ das ſie mit ſolchem vleiß/ ſo viel Schulen/ hoch vnd klein/ Klöſter vnnd Stifft gebawet haben/ das ſie der Kirchen haben reichen groſſen Vorrath von Perſonen wollen ſchaffen/ Aber durch die Nachkommen ſchendlich zum Mißbrauch verkehret ſind. Alſo ſollen jtzt Fürſten vnnd Herrn auch thun/ der Klöſter güter zur Schulen wenden/ vnd viel Perſonen ſtifften zum Studio, werdens vnſere nachkommen mißbrauchen/ ſo haben wir zu vnſer zeit das vnſer gethan.

De-

Delibavimus ex multis paucula ſaltem Lutheri teſtimonia, quæ apertè & invictè demonſtrant: Lutherum, non κατ᾽ ἀντίφρασιν, ut Ieſuita iterum calumniatur cap. 1. Sed κατ᾽ ἀλήθειαν Academiarũ & literarum cultorem laudatorem & porpagatorem fuiſſe verè Germanum.

Sed videor mihi videre Ieſuitam ex Collegio Ingolſtadienſi prodeuntem, tacitè ſubridentem, librum obvertentem, dedicatoriam inde Epiſtolam prælegentem, magnaq; vocis elatione clamitantem: Hæc quæ dicta & adducta hactenus: à Luthero dicta & ſcripta ſunt; cũ jam inſanire deſijſſet, & non amplius ut antea, Spiritus Anabaptiſtici aurâ afflatus. Aliter antehac animatus erat, aliter antehac ſcribere & dicere ſolitus erat Lutherus. Sic enim habent verba Ieſuitæ in Epiſt. dedicatoria: *Nec refert, quod Lutherus, & Philippus vela non nihil flexerint, & ab hac inſania deſtiterint: non enim ideo nunquam inſanierunt, quia inſanire pauliſper deſtiterunt: imò, nunquam deſtitiſſent, niſi prius inſanivisſent.*

Qualis verò hæc tua exceptio Ieſuita; realis ne an formalis? An Albertiſtica, an Scotiſtica, an Thomiſtica, an Occamiſtica? Mihi certè eſt Sophiſtica. Laborat enim turpiſsima petitione principij. Probandum namque: An Lutherus unquam inſanierit, an unquam fanatica Anabaptiſtarum aurâ afflatus fuerit; exponendum item quando id factum, quandiu paroxyſmus ille Anabaptiſticus duraverit, quando demum ceſsaverit. Sed de his omnibus altum eſt in toto Ieſuitæ libro ſilentium. Interim tamen inſaniæ Anabaptiſticæ ſanctiſſimum illud DEI organon, coram univerſo Orbe Chriſtiano accuſare, nulla illi religio, formido nulla.

Nos contrà formaliter ac realiter ita concludimus:

Qui-

Quicunque nunquam inſanijt: is nec cepit nec deſijt unquam inſanire.

Sed Lutherus nunquam inſanijt.

Ergo nec cepit ne deſiit unquam inſanire.

*Quòd autem* Nugivendulus Ingolſtadienſis toties Luthero objicit Anabaptiſticum furorem, & maximè quidem *fol.* 27. ubi, ut ſe Oratorem, vel potiùs Calumniatorem egregium demonſtraret: in hanc non abſque affectu prorumpit interrogationem. *Quis ruſticos in prælia truſit: niſi Lutherus?* id, ut dicam quod res eſt, mendacium eſt Ieſuiticum, ſexcenta jugera ſpiſſum. Putat forſan Lutheri ſcripta, quæ pro aſſerenda Politici ordinis dignitate contra Anabaptiſtarum furias concinnavit, jam dudum intercidiſſe, ſed falſò putat. Integra adhuc ſunt, in aprico poſita ſunt ea omnia. Ais tu; Lutherum in prælia truſiſſe ruſticos? Qua ratione id factum? quo tempore id factum? Num anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo, antequam* Anabaptiſtæ furere incepêre, in ſermone, *de bonis operibus* in quo ſubditos ex IV. Decalogi Præcepto ad obedientiam Magiſtratui præſtandam ſeriò exhortatur. An verò *Anno milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio,* cum jam paulatim inciperent furere, in Libro verè aureo & gemmeo, de Magiſtratu Politico, in quo non tantum Ordinem illum ſacratiſsimum acerrimè propugnat; ſed Anabaptiſtarum etiam fundamenta ſolidiſsimè expugnat: An denique Anno *ſupra ſequimilleſimum viceſimo quinto, cum* pleno jam impetu furerent ruſtici, vel in exhortatione ad pacem, in qua & Magiſtratum & ſubditos ſui admonet officij, vel in ſcripto, cujus Epigraphe wider die Räuberiſchen vnd Mörderiſchen Bawren/ in quo

Tom Ie-neſ. Germ. I f. 251.

Tom. II. Ien. Germ. f. 172.

Tom. III. Ienenſ Germ. f. 123.

in quo eos, non ut fanaticos, ſed ut ſeditioſos, ferro coërcendos ſuadet, vel in præfatione in binas Literas Muntzeri, quas eo fine ſe evulgare teſtatur, ut iſthoc horribili exemplo alij à perfidis ſeditionum adverſus magiſtratum molitionibus abſterreantur.

Sed de ruſticis Anabapiſtico æſtro percitis plus ſatis. Ad Academias redeundum eſt, quas *INITIO quinti ſui Evangelij* maximè inſectatum eſſe Lutherum in Epiſtola Dedicatoria contendit. Non attendendum ſcilicet magnopere cenſet, quid annis ſequentibus de Scholis ſcripſerit; ſed quid de ijs ſenſerit, *INITIO Quinti ſui Evangelij*. Cur non *Sexti?* Paulum enim forſan Quinti Evangelij præconem appellaveris ex eo, 2. *Tim. 2. Memento IESVM CHRISTVM ex mortuis reſurrexiſſe ſecundum Evangelium MEVM.*

At iterum λῆρον λήροις ἐπεσβόλε. Inſpice tantum ſcriptum, iſtius veſtri Hæreſiarchæ, quod *Nobilitati Germaniæ* dedicavit, mox Anno 1520. *& ſic* paulò poſt initium quinti ſui Evangelij: Iudicium ibi Lutheri de negocio Scholaſtico invenies verè exquiſitum, quodque ex aſſe reſpondeat ijs omnibus, quæ poſtea de Scholis & Academijs commentatus eſt. Nos brevitatis ſtudio, unum ſaltem atq; alterum paragraphum inde huc annotamus:

Zum fünff vnd zwantzigſten/ die Vniverſiteten dürfften auch wol einer guten ſtarcken Reformation, Jch muß es ſagen/ es verdrieſſe wen es will. Jſt doch alles was das Bapſthumb hat eingeſetzt vnnd ordinirt/ nur gericht auff Sünde vñ Jrrthumb zu mehren/ was ſind die Vniverſitetẽ/ wo ſie nit anders deñ bißher verordnet? Deñ/ wie dz buch *Maccabeorũ* ſagt/ *Gymnaſia Epheborũ & Græcæ gloriæ*, darinnẽ Tom. 1. Ien. Germ. f.310.

ein

ein frey leben geführt / wenig der heiligen Schrifft vnnd Chriſtlicher Glaub gelehret wird / vnd allein der blind heidniſch Meiſter Ariſtoteles regirt auch weiter denn Chriſtus.

Et Paulo poſt:

Das möchte ich gerne leyden / das Ariſtotelis Bücher von der Logica, Rethorica, Poetica, behalten / oder ſie in ein ander kurtze form bracht / nützlich geleſen würden / junge leute zu üben / wol reden vnd predigen / aber die Comment vnd Secten müſſen abgetahn / vnd gleich wie Ciceronis Rhetorica / ohn Comment vnd Secten / ſo auch Ariſtotelis Logica, einförmig / ohn ſolch groß Comment geleſen werden. Aber jtzt lehret man weder leſen noch predigtn daraus / vnnd iſt gantz ein Diſputation vnnd muderey daraus worden / daneben hette man nu die ſprachen Lateiniſch / Griechiſch / vnd Ebreiſch / die Mathematicas diſciplinas / Hiſtorien / welches ich befehl Verſtendigen / vnnd ſich ſelbſt wol geben wird / ſo man mit ernſt nach einer Reformation trachtet / vnd fürwar viel daran gelegen iſt / dann hie ſol die Chriſtliche Jugent vnnd vnſer edleſt volck / darinnen die Chriſtenheit bleibet / gelert vnd bereitet werden. Darumb ichs acht / das kein Bäpſtlicher noch Keyſerlicher Werck möchte geſchehen / denn gute Reformation der Univerſiteten / widerumb kein Teufeliſcher erger weſen / denn vnreformirte Vniverſiteten.

E quibus omnibus evidens & perſpicuum, quòd Lutherus initiò Reformationis Heroico Spiritu ſuſceptæ, Scholas & Academias non in univerſum omnes damnârit: ſed ipſum Scholas & Academias Papiſticas reformandas, abuſus eorum ad uſus genuinos reducendos, Scholas malè conſtitutas in benè conſtitutas convertendas, fideli ſtudio monuiſſe.

Ad-

Adhæc, quo, quæſo, anno Lutherus librum de erigendis Scholis conſcripſit & edidit? Annon anno mox ſupra *milleſimum quingenteſimum viceſimo quarto*, quo ipſo anno univerſa ferè Germania Anabaptiſtico furore agitari incipiebat? Qua mente igitur, qua fronte Ieſuita ſcriptitare audet, eum tempore furoris Anabaptiſtici, ut *ſævum Aprum tatam Germanicam Fratribus ignorantiæ replere voluiſſe*. Sic enim iterum in Epiſtola Dedicatoria calumniatur.

Sed heus tu Gretſere tecum habita, & ilico offendes ac deprehendes idipſum, quod Luthero affingis, in AntiChriſto tuo, ejusq; Regno Nim, rodico ubi Ordo Fratrum Ignorantiæ, Franciſcanorum inquam & Minorum, qui Regulæ hujus ſuæ obſervantiſſimi:

*Neſcientes non curent diſcere literas*, quibus Symbolon iſtud Pauli: Littera occidit, & in quos feſtivum illud Epigramma factum:

*Caviſti bene tu, ne te ulla occidere poſſit*
*Littera! Nam nulla eſt Littera nota tibi?*

In Papatu, in Regno Antichriſti Romani.

Quis Sacrificulis rudibus & indoctis, contra Regulas Donati, privilegio cavit? Gregorius Papa Romanus, in illo Monarchiæ Antichriſtianæ firmamẽto, Iure videlicet Canonico *Diſtinct*. 38. c. 13. qui ſic habet: *Indignum vehementer exiſtimo, ut verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.*

Quis denique humanitatis & optimarum artium Studioſos hæreticos proclamavit? *Paulus II.* Papa & Antichriſtus Romanus. Sic enim expreſſè de ipſo perſcriptũ reliquit Platina, in ejus vita, id quod

ne Ouphrius quidem in Scholiis ſicut aliàs ſolet; negare, & excuſare auſus: *Humanitatis autem ſtudia ita oderat & contemnebat, ut ejus ſtudioſos, uno nomine Hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur ne filios diutiùs in ſtudijs literarum paterentur, ſatis eſſe ſi legere & ſcribere didiciſſent.*

Et hæc quoque ſufficiant de ſecunda Orationis parte.

Agendum jam etiam foret paucis & pro ratione inſtituti de tertia, ubi diſſerendum; *quo ſenſu & reſpectu* à Luthero dicta ſcriptaq; ea, quæ Ieſuita, per omnia omnium diſciplinarum genera hinc inde diſcurrens longâ recenſet ſerie, ut, quia non pondere: vel numero ſaltem ſimplicioribus imponat, gnarus & memor illius Poëtæ:

*Et quæ non proſunt ſingula: multa juvant.*

Sed in pleriſq; omnib9 abuſum cum uſu, diſciplinas cum perſonis, quæ eas tractant, pluſquam Sophiſtici con fundit.

Quod enim Lutherus diſciplinas ipſas & legitimum earum uſum non improbarit, aut damnationis calculo notarit, ex ijs, quæ jam in ſecunda Orationis hujus parte dicta adductaq; ſunt, tam clarè enituit, ut, qui Lutherum bonarum literarum & diſciplinarum liberalium ſummum Encomiaſten exitiſſe negare voluerit: idem, Solem in meridie lucere, negare velle jure optimo cenſendus. Abuſum autem diſciplinarum, & vitia perſonarũ ea, qua par it, ἐν παῤῥησίᾳ, non uno in loco, reprehendit graviſſime. Et eò tendunt Lutheri teſtimonia maximam partem, quæ à Ieſuita tanto congeruntur cumulo.

In non

In nonnullis tamē citādis non ea utitur fide, quæ homine Theologo; ſed quæ Ieſuitâ, id eſt, ſophiſta & Luthero-maſtige impuriſſimo digna. Quædam etjam à Luthero piè & vere dicta ſcriptaq; tanquam impia & à veritate abhorrentia execratur.

Quæ omnia & ſingula ad oculum demonſtrari poſſent evidentiſſimè, nulloq; planè negotio: Sed tempus huic Orationi Panegyricæ deſtinatum jamdudum præterfluxit. Neque abutendum eſt veſtra in audiendo promptitudine & alacritate. Vidiſtis hactenus ſatis diu Leonis Ingolſtadienſis ungues.

Contrahamus igitur vela & portum tandem reſpiciamus, præſertim cum plurima, quæ Ieſuita, in reſiduis capitibus conglomerat, non nova ſint & recens in lucem edita: ſed obſoleta, & à noſtrarum partium Theologis à Sophiſtica Ieſuitarum jamdudū maſculè vindicata. Adde quod nō pauca tam futilia, ut futilitate ipſa futiliora non abs re judicari poſſint ac debeant.

Quid Ariſtoteles ſapientiæ pariter & eloquentiæ laude excellentiſſimus? εὐηθὲς τὸ τοὺς εὐήθεις τῶν λόγων λίαν ἐξετάζειν.

Quid in doctrina Lutheri deſideret Ieſuita, quos errores in Theologia illū ſparſiſſe exiſtimet: ſi vir eſt ex primat & expromat: Reſpōdebitur ei Divinâ gratiâ à Lutheranis, id eſt, Veritatis Theologicæ Aſſertoribus intrepidis. Et reſpōſum jam pridē, adeò, ut impura factio Ieſuitarū à *doctrinalibus ad perſonalia* tranſilire neceſſum habuerit, more omnium Sophiſtarum & Calumniatorum, inter quos Ieſuitas Magiſtros

totus Orbis Chriſtianus jamdudum didicit & exper-
tus eſt.

Quod ſupereſt, oculos atque animos no-
ſtros ad te convertimus, IESU CHRISTE FI-
LI DEI, cum PATRE & SPIRITU SAN-
CTO. *Tu dignus es, qui accipias gloriam & honorem*
*& virtutem.*

*Apoc. 4.* Quàm magnifica enim ſunt opera tua
*Pſal. 104.* DOmine? Benedixiſti colli tuo, plācaſti
*Pſal. 83.* hîc vineā tuam, ope *&* opera præclariſsimi
*1. Sam. 9.* tui Organi, Lutheri; quem bella tua adverſꝰ
*Pſal. 80.* *1. Sam 25.* Romanā Babylonem genere voluiſti. Indu-
*Pſal. 144.* iſti eum robore ac virtute, docuiſti manus e-
*Apoc. 18.* jus ad prælium, & digitos ejus Bellū. Sic ceci-
dit cecidit Babylon illa magna, & facta eſt
habitatio Dæmoniorū, & cuſtodia Omnis
Spiritus inmundi, & cuſtodia omnis volu-
*Pſal. 48.* ceris immundæ & odibilis. Factum id eſt in
hac civitate Dei noſtri, in hoc Monte San-
cto ejus. Viderunt Romanenſes & admira-
ti ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt. Tre-
mor apprehendit eos, ibi dolores ut parturi-
entis; Præſertim v. novos illos Goliathos,
à Papa Romano cōductos ad exprobrandū
*1. Sam. 17.* Iſraeli & nominatim quidē huic Academi-
æ, quæ ramꝰ dextræ tuæ, *&* gaudiū univerſæ
terræ. Viri ſanguinū ſunt & doloſi, & nihil ma

gis,

giſ, quàm bella volũt; Deus Deus noſter ne taceas neque ſileas, & nõ quieſcas o DEus. Ecce contra populum tuum callidè compoſuerunt conſilium, conſultârunt adverſus abſconditos tuos. Dixerunt; venite & diſperdamus eos de gente & non memoretur nomen Iſrael ultrà. Quoniã conſultârunt unanimiter; ſimul adverſus Te fœdus compoſuerunt. Domine Deus virtutum reſpice de cœlo, & vide, & viſita vineam tuam & confirma eam quam plantavit dextra tua.

*Pſal. 47.* *Pſal. 55.* *Pſal. 68.* *Pſal. 83.* *Pſal. 80.* *Pſal. 68*

Exurge Domine & diſſipentur inimici tui, & fugiãt à facie tua, qui oderũt te. Sint oculi tui aperti ſuper Domum tuam, ſuper Domum inclitam Sereniſsimi Electoris & illuſtriſſimorum Ducum Saxoniæ, quos nutritios Eccleſiæ noſtræ conſtituiſti Et quia clypei terræ jam congregati ſunt, in nomine tuo; ut quærant, quæ ad pacem ſunt Hieruſalem:

*1. Reg. 8.* *Eſa. 4.* *Pſal. 47.* *Pſal. 122.*

O DOMINE DEUS noſter, ſta quæſo in ſynagoga DEI, & in medio deorum dijudica, eòque omnia dirige conſilia, ut inhabitet gloria in terra noſtra ut Miſericordia & veritas obvient ſibi; Iuſtitia & pax oſculentur ſe; ut veritas de terra oriatur, &

*Pſal. 85.*

jnſtitia

juſtitia de cœlo proſpiciat; ut Dominus det benignitatem, & terra noſtra det fructum ſuum, ut juſtitia ante eum ambulet, & ponat in via greſſus ſuos.

Convertere Domine, uſque quo? & precabilis eſto ſuper ſervos tuos. Reple nos manè miſericordiâ tuâ, & exultabimus & delectabimur, omnibus diebus noſtris. Appareat ſervis tuis opus tuum, & gloria tua filijs eorum. Et ſis jucundus Dominus Deus noſter ſuper nos, & opera manuum noſtrarum confirma ſuper nos. Et ipſum opus manuum noſtrarum confirma.

Ἔλεγχος σφαλμάτων τυποθετικῶν.

*B. 4. lin. 19. omiſſa eſt vox* quatuor.

C. 1. *lin. 28.* πλεονάζει certo.

C. 2. *lin 23. abundat* iſte.

*Cetera minutiora quorum non pauca occurrent* μεταθέσει *vel* ἀλλοιώσει *literarum affectu Lutherano, id eſt, candido, corrigantur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0048-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0049-8



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0051-5



7. B. Martini Lutheri Theses Tezelio indulgentiarum institori oppositas ... ventilatas una cum quaestionibus quibusdam eod[em] 31. Octobr[is] A[nno] 1685. die ... D. Jo. Frid. Mayer ... & Andreas Jacobus Schernaccius ...
Wittenberg o.J. [1685]

8. Apospasmation politico-historicum de Machiavellistis & Monarchomachis, cuius occasione simul ... Lutherus ... a Monarchomachias crimine ... sub praesidio M. J[acobi] Wolfii ... vindicatur a Georgio Joachimo de Clinckowstrom
o.O. 1706

9. Dissertatio inauguralis et historica de D. Martino Luthero a comitiis Augustanis A. 1530 corpore quidem absente in illis tamen animo praesente ... sub praesidio Ioannis Davidis Koeleri ... exposita d[ie] 7 Iunii anno 1730. a Christophoro Mauritio Lochnero [Lochner] ...
o.O.o.J. [1730]

10. Peter Adolph Boysen
Dissertatio critica et theologica de codice graeco N.T. et consilio quo usus est B[eatus] Lutherus in conficienda interpretatione germanica
Leipzig 1723

11. Dissertatio philologica de ... Turri fortissima Provb. 18, 10. quam sub praesidio Francisci Wokenii ... die 23. Junii 1730 ... proponit auctor Rudolph[us] Frider[icus] de Wichmannshausen Wittenberg o.J. [1730].

reformator Dannhauer 96
Columbus 103

1018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0055-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-800438-p0056-3

14
3

# GRETSERUS CALUMNIATOR ET NUGIVENDULUS,

*id eſt:*

# ORATIO APOLOGETICA

*PRO*

*LUTHERO*

Oppoſita LUTHERO ACADEMICO Jacobi Gretſeri Jeſuitæ, quo ſcripto στηλιτευτικῷ demonſtrare conatus:

*Lutherum non tantùm Academias & Scholas Papiſticas: ſed univerſim omnes, omnesq; liberales diſciplinas, &c. rejeciſſe, damnâſſe, &c.*

AUTORE

JOHANNE FÖRSTERO S.S. Theol. D. & Profeſſore Ordinario in Academia Witebergenſi.

WITEBERGÆ

*Imprimebat Andreas Rüdinger, Impenſis Clementis Bergeri, Anno 1611.*